

774. 'Nam Adalgis filius ejus, in quo Langobardi multum spei habere videbantur, . . . relictæ Italia in Graeciam . . . se contulit'.

778. 'In cujus summitate Wascones insidiis conlocatis, extremum agmen adorti, totum exercitum magno tumultu perturbant'.

'Et licet Franci Wasconibus tam armis quam animis praeferre viderentur, tamen et iniquitate locorum et genere imparis pugnae inferiores effecti sunt'.

786 'Capuam Campaniae civitatem accessit ibique castris positus consedit, inde bellum gesturus, ni memoratus dux intentionem regis salubri consilio praevenisset. Nam . . . missa legatione utrosque filios suos regi obtulit, promittens, se ad omnia quae imperarentur libenter oboediturum'.

'Cujus precibus rex adnuens, divini etiam timoris respectu bello abstinuit et minore ducis filio, nomine Grimoldo, obsidatus gratia suscepto, majorem patri remisit'.

Cap. 6. 'filium ejus Adalgisum, in quem spes omnium inclinatae videbantur, non solum regno sed etiam Italia excedere compelleret'.

Cap. 9. 'Nam cum agmine longo, ut loci et angustiarum situs permittebat, porrectus iret exercitus, Wascones, in summi montis vertice positos insidiis . . . extremam impedimentorum partem et eos, qui novissimi agminis incedentes subsidio praecedentes tuebantur, desuper incursantes in subjectam vallem dejiciunt'.

'Adjuvabat in hoc facto Wascones et levitas armorum et loci in quo res gerebatur situs. Contra Francos et armorum gravitas et loci iniquitas per omnia Wasconibus reddidit impares'.

Cap. 10. 'Capuam Campaniae urbem accessit; atque ibi positus castris, bellum Beneventanis, ni dederentur, comminatus est. Praevenit hoc dux gentis Aragisus, filios suos Rumoldum et Grimoldum cum magna pecunia obviam regi mittens. Rogat, ut filios obsides suscipiat; seque cum gente imperata facturum pollicetur, praeter hoc solum, si ipse ad conspectum venire cogeretur'.

'Rex utilitate gentis magis quam animi ejus obstinatione considerata, et oblatos sibi obsides suscepit eique ut ad conspectum venire non cogeretur, pro magno munere concessit. Unoque ex filiis, qui minor erat, obsidatus gratia retento, majorem patri remisit'.

Die beiden letzten Abschnitte sind sehr lehrreich. Sie zeigen, dass hier die Vita ausser den Annales Einhardi auch